

## **MARTIAL, *Épigrammes***

### Contre les hommes sales

*Martial, contemporain de l'empereur Néron, critique féroce divers « spécimens » de son époque !*

Esse quid hoc dicam quod olent tua basia murrum  
quodque tibi est numquam non alienus odor ?  
Hoc mihi suspectum est, quod oles bene, Postume, semper :  
Postume, non bene olet qui bene semper olet. (II, 12)

Cana est barba tibi, nigra est coma : tinguere barbam  
non potes – haec causa est – et potes, Ole, comam. (IV, 36)

Mentiris fictos unguento, Phoebe, capillos  
et tegitur pictis sordida calva comis.  
Tonsorem capiti non est adhibere necesse :  
radere te melius spongea, Phoebe, potest. (VI, 57)

Medio recumbit imus ille qui lecto,  
calvam trifilem semitatus unguento,  
foditque tonsis ora laxa lentiscis,  
mentitur, Aefulane : non habet dentes. (VI, 74)